15

N. V. Constantino Hugenio
S. P. D.
Isaacus Gruterus

Nobilissime Domine

Monitus per filii tui literas Traiectum nostram futurum tibi ~~tam~~ transitum dolebam designatione tam incerta nobis eripi facultatem vel obiter salutandi. Hodie certior factus ita volente fortuna, hic tibi insumptum pernoctandi spatium, et fortassis trahendam unius diei moram, conjicio me in pedes ut adventum et felix ad ulteriora iter gratularer. Sed bis frustrata conatum fors est, quae adventus tui praeter spem et opinionem nuncia mihi fuerat. Alio enim digressus significabaris, et porro ita amicis occupandus ut desperare inciperem de colloquii facultate. Ne tamen prorsus te mihi subducant quae inciderunt, auribus parata oculis destino, et literulis perulo concepta gratulationis vota, pro corporis salutaris Spadani fontis haustus. Et apud vos ἐπιστόλας si patiuntur res tuae, da frui interuncio calamo, et in cera te videam, ne fortuna glorietur subduxisse te mihi in Batavos penitus invisum inauditumque. Vale et bonis avibus ad suos ut redeas faxit Ille per quem vires nanciscitur liquor retinendae sanitati paris. Traiecti ad Mosam. 13. Julii. 1659.

Ik woone hier ten huise van Jacob vanden Heuvel secretaris van den Heer Drossaart van Valkenburg tegen over de Fransche kerk.

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Gruterus) 15
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5353a

Nobilissimo, Eruditissi-
moq; viro
Constantino Hugenio
Equiti, Zuilichemi
Domino &c.

Traiecti ad Mosam
amicā manu

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Gruterus) 15
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5353a